



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

356. Sabbato Dominica 2. Adventūs. De Renovatione Vnionis cum D. Jesv  
moriente & resurrecturo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Etia 6. Domin. 2. Adventus]* 637

Vitæ dilectio nostri, quantumq; odium sorū,  
quæ nostiæ saluti obsunt, quia maluit mori  
quam nos pereentes & sibi inimicos videre,

*Conf.* 2. Ut hanc dilectionem assequar de-  
beo 1. diligere D. Jesum, sicut eum Pater  
diligit; & de perfectionibus Humanitatis gra-  
tias agere, eumque imitari. 2. Diligere Eccle-  
siam Sponsam D. IESV, sicut dixit eam ipse  
Pater ejus, & velle ejus augmentum, fide-  
lium numero & puritate, præsentim autem  
tam partem Ecclesiæ diligere, in qua vivo,  
statuens ejus profectum spirituale magis  
exemplø, quam alio modo promovere. 3.  
Diligere proximos, non eos temere judican-  
do, non in meo corde despiciendo, non illis  
obloquendo, ne malum irrogando, eorum  
facta & facta benignè interpretando, eos mi-  
hi præferendo, laudare cùm digni, si indigni  
laude, tacendo & eos juvando. 4. Diligere  
inimicos meos, pro ijs specialiter orare, beni-  
gnè eos aspicere, pacatè alloqui, bonis operi-  
bus superare. 5. Odio habere, quod Deus o-  
dio habet, peccata propria & aliena, immor-  
tificationem sensuum & affectuum. Sicut  
igitur D. IESV in carne vixit & mortuus est,  
sic per etiam morimini, vivere ipsi.

MEDITATIO CCCLVI.

Sabbato Domin. 2. Adventus.  
*De Renovatione Unionis cum D. IESV*  
*moriente & resurrecturo. Aspi-*

638 *Sabbato. Domin. 2. Advent.*

**A**spiciam Dominum tanquam immensum  
mare Bonitatis, Pulchritudinis, & Suavi-  
tatis, ut illi me immergā, aut id concupiscā.  
Petam renovari unionem cum eo.

*Conf. 1. Verba D. Leonis, Serm 17 de Pass.*  
*In tantam unitatem Dei & hominis natura con-*  
*venit, ut nec potuerit supplicio dividī, nec morte*  
*dissolvi.*

*Conf. 2. Ut Spes gloriissimæ Resurrectio-*  
*nis in sinu meo remaneat, & post unionem*  
*hujus vitæ cum Deo, renovem in vita altera*  
*unionem cum eodem Deo; commemorabo*  
*beneficia Dei, Incarnationem Filij Dei, actio-*  
*nes ejus & passiones: gratias agam & Deum*  
*tanta beneficia conferentē redamabo amo-*  
*re puro, nudo, vehementi. 2. Resumam resi-*  
*gnationem, qua in tempore & æternitate de-*  
*me fiat, quod Deo placet. Postulationem qua*  
*ipsum Deum postulem à me possideri. Con-*  
*formationem, qua Deo assimiler. 3. Deside-*  
*rabo & petam immergi, & abscondi, & trans-*  
*ferri in abyssum divinitatis D. Dei mei. Ex-*  
*tendā me ad majora desideria amoris, adeo*  
*ut velim, si possem & D. O gratum esset, ex*  
*qualibet anima cœlum facere, imò ex singu-*  
*lis aquæ guttis, granis arenæ, & in his cœlis*  
*omnes ardentissimè Deum diligere*  
*cum omnibus dilectionis*  
*gradibus.*

MEDI